



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

81. De nonnullis defectibus in eroganda eleemosyna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

Dives epulo
eum Lazarum
ad eum mitti pe-
tit;

mitte Lazarum. Sed quæso, cur Lazarum A. petuit, quem potius offensum, ac indignatum arbitrari poterat, & nō magis ipsum Abraham? Intellexit miser, sed sero, Lazarum pauperem suæ salutis medicum: mitte, mittes sed jam tempus non est. O si in vita cognovisset, vel melius dicam, cognoscere voluisset! &c. Cūm ad te Deus mittit pauperem, mittit & offerit salutis medicum.

Chrysostom.
Ad pop.

Notandum ex his partibus, damnationem hujus divitiae datam non furris, nec rapinis, sed omissione eleemosynæ, idque etiam perpendit Chrysostom. in damnatione quinque virginum fatuarum: Nec enim virgines, ait, aliena rapuerant, sed propria non dederant, &c. Intellige ergo non sufficere, si dicas: Alienæ non diripiō; alienum non concupisco, damnaberis enim, si præterēta, quod proprium tuum est, indigenti non dederis.

Ecclesiast. 5.
Græc.

Sed quid dico, proprium? quod tuum est, verias pauperis est. Ecclesiastes. Eleemosynam pauperis ne defraudes. Græc. Vitam pauperis ne defraudes, id est, vietum ad vitam necessarium: tam enim debitus est illi cibus, quam vita; ut sua vita eum fraudare non debes; ita nec suo cibo. Notandum verbū, defraudes, quod significatur, subtrahi, quod ejus est, & ei debetur.

Eleemosyna
quando sub-
præcepto obli-
ga:
D.Thom. 2.
2.q.33.art.3.
&m 4. sent.
dij.15.q.2..

Citra omnem controversiam est, eleemosynam tempore necessitatis cadere sub præcepto: Sic S. Thom. & cum eo Doctores: tenemur sub præcepto pauperi in extrema necessitate constituto eleemosynam erogare, ut ait D. Thom. obligamus, non solum ad erogandum superfluum status, sed necessarium status, superfluum tamen nature, id est, quod superest, deemptis necessariis ad vitam suā, & suorum. In extremis autem dicitur esse, ut ait Nav. non solum, qui jam animam agit, sed etiam cum iudicia probabilia apparent, & de venturum, nisi ei subveniatur. Deficient in via, inquit Dominus. Erant ergo in extrema necessitate, &c. Noli avertire faciem tuam ab ullo paupere sic enim fisi, ut nec à te avertatur facies Domini. O insignem gratiam! si faciem meam non avertio ab inope, Deus faciem suam à me non avertit, &c.

Nav. in Man.
c.24. num. 5.
& 6.
Iohann. 6.
Tob. 4.
Necessitas pau-
perum extra-
ma quenam.

Propter mandatum (charitatis proximi) Ecl. 29. assūme pauperem, & propter inopiam ne di- mittas eum vacuum.

Perde pecuniam si eleemosynam dare, ut homines putant, perdere est) propter fra- trem, & amicum tuum, pauperem, verum amicum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem & tuam, (unde S. Amb. legit in mortem) & pecunia: unde quædam Græca exemplaria pro, Ne, abscondas, ha-

bent, ne rubigine obducatur.

Pone thesaurum in preceptis Altissimi, Iansen. in hunc (Jansen. iuxta mandata Dei, & prout ipse locum. exigit à te) proderit tibi magis, quam aurum & argentum) conelude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc protege exorabit ab omni malo.

Perstat Sapiens in similitudine thesauri Pauperis in si- benè collocandi, & tūtū reponendi: & nū recondenda sit, benè & tutè reponi, si concludatur, eleemosyna. & reponatur in sinu pauperis, qui sinus Pauperum mysticum Cælum est, quod fur vanæ glo- sinus mysti- riæ non appropiat. Et hæc esto ingratus cum Cælum. pauper non exoret) pro te exorabit ab omni malo. Hæc, inquam, et si conclusa, & abdi- ta, et si incognita hominibus; tacentibus tamen omnibus, nec ipsis pauperibus ea concelebrantibus, ipsam et Deum exorabit pro te ab omni malo tum corporali, tum spirituali; & exposcet Græc. Et ipsa Græc. eximes te ab omni afflictione. O promissionē!

Pergit adhuc Eccles. Super scutum po- tentis, & super lanceam (illud, ut vis defendens, hæc ut vis offendens, validius) ad verbum inimicum tuum (sive visibilem, sive invisibilem) pugnabit, &c. Itaque in mor- tis agone, quas ante erogasti, eleemosynæ tunc te protegent, tunc pro te pu- gnabunt, tunc in ipsum hostem, ut tela insurgent.

E ——————
De nonnullis defectibus in ero-
ganda eleemosyna, ac in sol-
vendis mercedibus.

PUNCTUM LXXXI.

Fili, in bonis non des querelam, & in omni Ecclesiast. 18. dato non des tristitiam verbi mali. Sunt, Kk. 3 qui

*Eleemosyna si-
ne verbis que-
riliis, ac duris
eroganda.*

Grace.

*Chrys. hom.
36. ad popu-
lum.
Pauperine
convictum
dixerit.*

Jansen.

In ejus Officio

10. Nov.

qui faciunt eleemosynam, sed semper A pauperes amore flagrabat, ut cum illo-
habent in ore aliquod verbum, quo pau- rum calamitates pro voto sublevare non
per, vel exterius, vel saltē interius tri- posset, viam lacrymarum profundens,
stetur. Fili, in bonis, quæ facis, non des que- verbis eos dulcissimis solaretur.
relam, hoc est, occasionem conquerendi,
Grac. loco, querelam legimus, vituperium.
Fili, in bonis non des vituperium. Aliqui
eleemosynam non faciunt, & viupe- B pauperem mendicūm pio fusto panis
rium, & maledicta conjiciunt in paupe- impostorem vocare? Simulat, inquires,
rem, & infirmitatem. Non times,
ne fulmen ab hoc verbo cælitus accen- impiorum, suumque gravamen, &
sum in referatur? Disumporab indigna- inde sit, ut quod sua natura exhibilare
tione: parcite, si simulat, ex necessitate si- foler, potius contristet miserum pudi-
mulat, & egestate, propter saevitiam
bus personis supplicantibus ad miseri- bundum, dimissisque oculis abire cogat,
cordiam non flebitur. Quis enim tam stultus merito dictus, quod amarulentia
miser, & ærum nosus, ut nulla premente verborum perdat, quandoque datum, &
necessitate pro solo pane velit ita depre- meritum, &c. Hoc horribilis dicam, quod
carari, & plangere, talemque pœnam susti- sus egestate, aut lacrimis, aut assiduo
nere: &c. Hoc horribilis dicam, quod
& liberos quidam exercare sunt coacti, oculorum conjectu, intentioneque tabe-
ut nostram penetrarent insensatam duri- scere, quod ipsum accidisset, si nec rerum,
tatem: postquam enim videntes, nudique quas optabant, compotes fuissent, necno
circumventes, crudeles flectere non po- despectæ fuissent. Vera pietatis visceræ! Iobris pietas in
tuerunt, his tot malis aliam graviorem
adjeçere tragœdiam, ut famem solve- non solum enim perentibus munificum, pauperes.
rent, &c. Tu vero alienis insultas malis, D
&c. In bonis ne des querelam.

Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum magis, quam datum. Ubi Jansen. Pulcherrima, inquit, similitudine indi- cat, quantum comitas & benignitas ver- borum conferat indigentibus, ut benefi- cium commendet, immò superet: blandum enim, & dulcem sermonem compa- rat rori; quod sicut ros è calore leniter di- missus astivum calorem temperat, ita dulcis sermo ex ore hominis leniter pro- fluens inopia malum, hominem instar ardoris urens, & torquens temperet, & extinguat: durus autem sermo muneris collato additus rectè imbris ychementi comparatur, qui collit quidem ardorem, sed sine gratia, & cum nocturno sœpius, ita enim & durus sermo perdit muneras

gratiam, & utilitatem.

Tanto Beatus Didacus erga Christi

A pauperes amore flagrabat, ut cum illo-
rum calamitates pro voto sublevare non
posset, viam lacrymarum profundens,
verbis eos dulcissimis solaretur.

Nonne ecce verbum super datum bonum?
O quam verum! Plus quandoque solatur
pauperem verbum bonum, quam quod-
vis aliud, &c.

Stultus acriter improperabit, & datus in- Eccl. 18.
disciplinati tabescere facit oculos. Stultus, in- Pauperes duris
quit, etiam si quid der, tamen acerbè im- re verbo percep-
properat regno paupertatem, iuertiam, lens stultus,
impiorum, suumque gravamen, & inde fit, ut quod sua natura exhibilare
foler, potius contristet miserum pudi-
bendum, dimissisque oculis abire cogat,
stultus merito dictus, quod amarulentia
verborum perdat, quandoque datum, & meritum, &c.

Si negari quod volebant, pauperibus, & Iob 31.
oculos vidua expectare feci. Sept. Impotentes, Septuag.
quacunque aliquando re opus habebant, non sunt frustrati, & vidua oculos non tabesci. Hoc est, secundum Nicet. Non sum pas- Nicet.
sus egestate, aut lacrimis, aut assiduo oculorum conjectu, intentioneque tabe-
scere, quod ipsum accidisset, si nec rerum,
quas optabant, compotes fuissent, necno despectæ fuissent. Vera pietatis visceræ! Iobris pietas in
non solum enim perentibus munificum, pauperes.
ac liberalem se præbebat Job, sed etiam non exspectata viduæ, ac pauperis depre-
catione, rebus necessariis illos subleva-
bat; & non solum petitioni, sed etiam vo-
luntati, desiderio, oculis, atque exspecta-
tioni miserorum satisfaciebat, ut qui à petendo, & deprecando vel præ pudore,
vel difficultate alia impediabantur, non ideò rebus necessariis desicerent. Imita-
batur nimis Deum, qui desiderium pauperum exaudit, & præparationem cor-
dis eorum. Et oculos vidua expectare feci. Heb.
fecit, ut desiceret, præ expectatione scilicet. Tigur. Si viduas lactavæ vanas esse; hoc est, Tigurin.
nec coram, nec præ foribus ad duas, vel tres horas passus est præstolaris, &c. Eccl.
4. Cor inopia ne afflixeris, & ne prostrahas da- Eccl. 4.
tum angustanti.

O quam longè absunt illi, de quibus Iac. 5.
Apost. Ecce merces operariorum, qui imme-
runt

runt regiones vestras, clamat, & clamor eorum A
in aures Domini Iabaoth (exercitum) intravit. - Unū ē quatuor generibus peccatorum in cælum clamantium. Cavete: Epulati es̄tis, & in luxuris enutris̄tis corda vestra, vel in deliciis vixistis, propterea debita, ac mercedes non excolivistis.

Alij:

Ecl. 13.

Pauper laesus tacebit. Sed oppressio, sed iniuria, qua illum afficis, clamabit.

Non negabit mercedem indigentis, sed eodem

die redde ei pretium laboris sui ante Solis occasum, quia pauper es̄t, & ex eo sufficit anima suam, ne clamet contra te ad Dominum.

Expendit singula: Non negabit mercedem indigenit. Alij: Non vim inferes mercenario indigenit.

q.d pugione non aggredieris, non minaberis. Non vim inferes, sed eodem die, &c. Unde Ambr. Qui nō patitur te dicere:

Cras dabo, quomodo patietur dicere, nō dabo? No morabitur opus mercenarii, tui apud te usque manē. Statim vult solvi mercedē.

Levit. 19.

V& qui adficit domum suam in iustitia, & evanacula sua non in iudicio, amicum suum opprimet fruſtrā. Hebr. In socio suo servit gratia, id est, operarii non solvit mercedem,

quod sequentia declarant magis. Et mercedem ejus nos recedet et. Hebr. Et labore non compensat, scilicet data mercede. At unde tam strictus cum operaris? Quia

tam largus sibi. Qui dicit: Adificabo mihi domum latam. Hebr. domum mensurarum, scilicet magnarum, & evanacula spatioſa, seu ventosa, qui operis sibi fenestrā, & facit laqueraria cætrina, pinguisque sinecide, minio, sive rubrica. Et mitaris, si mercedes, si debita non persolvit? Sed

Hebr.

Omnis violencia prædatio cum tumultu (notata, quomodo retentionem, mercedē appetet) & vestimentum mixtum sanguine (pauperis illius mercenarii) erit in combustionē, & cibis ignis (qui te tuaq; comburet.)

Ierem. 22.

Tob. 4. Ut Tobias ab hoc igne timebat! Fili, merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat. Pondera, omnino: q.d. nihil portabis, nisi retinebis, sed integrē, ac pernitus persolvet.

Hebr.

Job. 31. Astunica, & Pineda ibid. Job erga mercenarios pietas, Vatab.

Job: Si adversum me terra clamat, & cum ipso sulci eius defert. Quoniam modo terra clamet? Terra dicitur clamare, cum terræ cultores clamant. Si fructus eius comedii abique pecunia, & animam agriculturæ eius affixa

Vatabl. & cultores ejus nimis operis confecit.

Regia: Si anima eis affire. Alij: suffirare, vel Regia: anhelare feci. O justū simul ac misericordē. Alij.

Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem. Ubi August. Cum dicit, qui intelligit & non expectat, ut peratur. Huc fa- Eleemosyna cit illud Eccl. Sicut eleemosyna in manu tua, sudet in manus quousque invenias, cui eam tradas. Hoc est, tua.

tota anxietate quæras ē manibus elabi,

enititur, sudet, donec exeat ē manibus

tuis, & veniat ad manus pauperis, &c.

¶ De eleemosyna affectus, & compassionis.

Fiebam quondam super eo, qui afflictus erat. Iob. 30.

& compatiebatur anima mea pauperi. Sept.

Ego autem super omni impotente steti, gemui Iobi erga affli-

autem videns homines in necessitatibus. Ubi hospicias.

Gregor. Plerumque largitorem munera Greg. ibid.

rerum abundantia facit, sed ille perficit &

tribuit, qui prius in se dolentis passionem

tran fert. Qui dare non potest, saltē be-

nigno oculo pauperem respiciat, hoc est, Eleemosynam

et altem compatiatur pro eleemosyna. O

quam bonum bono oculo pauperē vide-

re! Qui pronus est ad misericordiam, benedi-

cetur. Hebr. Qui pronus est oculo. Alij: Qui Pro. 10.

benignus est oculo, benedicetur.

Alij.

Tales erant illi, de quibus Apost. Quis

supra virtutem voluntarii fuerunt: hoc est,

plus dare voluerint, corque ipsum de-

dissent, si potuissent.

De vidua illa, inquit Chrysost. duobus

D minutis opes suas exhaustit ex tota ani-

mas & de illis, qui in structuram templi

pilos obtulerunt, receptos ut aurum: De-

derunt, inquit, capillos in structurā tem-

pli & nō sunt passi repulsam: quod si au-

rū habentes, capillos artulissēt, maledicti

forent; si vero id solum habentes, recepti.

At quām recepti, qui nō solum preto-

sa quæque, sed & seipso præ compassio-

In Vita S.

ne, & affectu erga pauperes vendiderū?

Ioán. Eleos.

Petrus cognomento Telonarius, ubi pri-

mūm omnia sua pauperibus erogasset,

seipsum postmodum vendi, pretiumque

cisdem distribui curavit.

Narrabat S. Joannes cognomento Ele-

mosynarius, de S. Serapione Sindonio, vel Serapion se-

Sindonita, hoc nomine nuncupato, eò ipsum vendi-

quod sindone tantum tegetur, quod

vel hoc ipsum indumentum die quadam

pro Christi amore egeno algenti dederit

& quia postea nudus edebat, tenens sanctū

Evangelium, interrogatus à quodam:

Quis

Quis te expoliavit, Abba? demonstrans sanctum Evangelium, ait: Iste. Et alio tempore dicebat, hoc ipsum Evangelium vendidisse, ac pretium pauperibus erogasse. Discipulo vero sciscitanti: Ubi est Evangelium, Abba? Credere, inquit, fili, ob amorem ejus, qui dixit mihi: Vnde, qua habes, & da pauperibus; illud vendidi, & dedit eis, ut in die Judicii habeamus fiduciam abundantiorē apud Deum. Et quia iterum vidua mulier petivit ab eo eleemosynam, quoniam esuriebant filii ejus, non habente eo aliquid omnino, tradidit se ei, ut venderet eum mimis Graecis, quos & Christianos fecit in paucis diebus. Haec referens sanctus de sancto Serapione, dicebat ad eos: Vx, vx, o philo Christi, quid prodest homini colloquenti de actibus sanctorum: Patrum? Credite mihi, quia uique hodie putabam, quod vel aliquid facerem, datis quas habere possum, pecunias, nesciebam autem, quod & seipso vendiderunt, quadam compassionē superari.

Paulinus se ipsum vendidit, ut captivum redimeret.

De S. Paulino Gregor. in Dialogis. Cum saevientiam Vandalarum tempore fuisse Italia in Campaniae paribus depopulata, multique essent ab hac terra in Africanam regionem traducti, vir Domini Paulinus, cuncta, quae ad Episcopi usum habere potuit, captivis, indigenis ibusque largitus est. Cumque jam nihil omnino superesset, quod perentibus dare potuisset, quodam die quædam vidua advenit, quæ a Regis Vandalarum genere suum filium in captivitatem fuisse ductum perhibuit, atque à viro Dei ejus pretium postulavit, si forte illius dominus hoc dignaretur accipere, & huic concederet ad propria remeare. Sed vir Dei magnopere petenti fæminæ, quid dare potuisset, inquirens, nihil apud se aliud nisi se invenit; perentique fæminæ respondit, dicens: Muli, quod possum dare, non habeo, sed memet ipsum tolle servum, mejuris tui esse profite, atque ut filium tuum recipias, me vice illius in servitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens, irrisiōnem potius creditit, quam compassionem. At

A ille, ut erat vir eloquentissimus, atque apprimè exterioribus quoque studiis eruditus, dubitanti fæminæ citius persuasit, ut audita crederet, & pro receptione filij sui, in servitium Episcopum tradere non dubitaret.

B Perrexere igitur utriusque ad Africam. Procedente autem Regis genere, qui ejus filium habebat, vidua rogatura se obrulit, ac prius periit, ut ei filium dare debuisset. Quod cum vir barbarus, typho superbix turgidus, & gaudio transitoriae prosperitatis inflatus, non solum facere, sed etiam audire despiceret, vidua subiunxit, dicens: Ecce hunc hominem pro eo vicarium præbeo, solummodo pictarem in me exhibe, mihique unicum filium redde. Cumque venusti vultus hominem confinxisset, quam artem nosset, inquisivit. Cui vir Dei Paulinus respondit, dicens: Artem quidem aliquam nescio, sed hortum bene excolere scio. Quod vir gentilis valde libenter accepit, cum in nutriendis oleibus, quia peritus esset, audivit. Suscepit itaque servum, & roganti vidua reddidit filium. Quo accepto, vidua ab Africana regione discessit. Paulinus vero excolendi horiti suscepit curam. En quousque plerique Sanctorum ex affectu & compassionē in proximos pervenerunt! En qualem, & quantam affectus, & compassionis eleemosynam erogarunt!

Cupidi sunt sine misericordia.

PUNCTUM LXXXII.

*S*i unus de fratribus tuis ad paupertatem devenerit, non obdurabis cor tuum, Deut. 15, nec contrahes manum tuam, sed aperies eam pauperi.

Refrigescente charitate, ac vento aquilonari avaritiae flante, in similitudinem lapidis